uiaſ quod quidem hi qui ſunt huiuſ rationiſ experteſ. ſoli
prorſuſ ingenio deputantur neque intellegunt quantum hac
conſideratione queratur que in artem redigit uim poteſta-
tem que naturæ ſed de hiſ hactenuſ de reliquiſ explicemuſ.

Syllogiſmorum uero alii ſunt predicatiui qui categorici uocan-
tur alii conditionaleſ
quoſ ypotheticoſ dicimuſ & p̄dica-
tiui quidem ſunt qui ex omnibuſ predicatiuiſ propoſitionibuſ
conectuntur. ut hiſ quem exempli gratia ſuperiuſ adnotaui
omnibuſ enim predicatiuiſ propoſitionibuſ texitur. hypo-
thetici uero quorum propoſitioneſ conditione nituntur
ut hic ſi dieſ eſt lux eſt eſt autem dieſ lux igitur eſt. propo-
ſitio enim prima conditionem tenet & hanc quō ita demum
lux eſt ſi dieſ eſt atque ideo ſyllogiſmuſ hypotheticuſ id eſt
conditionaliſ uocatur. Inductio uero eſt oratio per quam fit
particularibuſ ad uniuerſale progreſſio. hoc modo ſi in
regendiſ nauibuſ non ſorte ſed arte legitur gubernator.
ſi regendiſ equiſ auriga non ſortiſ euentu. ſed commendatione
artiſ aſſumitur ſi in amminiſtranda repuplica non ſorſ
principem facit. ſed peritia moderandi & ſimilia que in plu-
ribuſ conquiruntur quibuſ imperatur & in omni quoque re
quam quiſque regi atque amminiſtrari nauiter uol&

Conditionaleſ ſyllogiſmuſ eſt qui ex conditionali propoſitione habenſ abſolutam ſumptionem conligat concluſionem

License: PUBLIC_DOMAIN – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 212, f. 29r – Composite manuscript: artes et carmina (http://www.e-codices.ch/fr/bbb/0212/29r)